

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.D. & Prof.  
Ord. Ad Exsequias, Viro ... Dn. Adamo Borchard/ Senatori huius urbis gravissimo  
a vidua moestissima hodie ad horam primam parandas, omnes & singulos  
Academiae Cives ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74682727X>

Druck    Freier  Zugang



Rahne, H.,

in A. Borchard.

R. 1646.

57.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn74682727X/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74682727X/phys_0003)

DFG



22.

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**HENRICUS Rahne / J.D.**  
& Prof. Ord.

AD EXSEQUIAS,

Viro prudentissimo

**D N. A D A M O**  
Borchard/

Senatori hujus urbis gravissimo,

vidua mœstissima hodie  
ad horam primam parandas,

Omnis Singulos Academia Cives cā, quā par  
diligentia, & humanitate invitas,



5(0)5



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KIEH, Academia Typographi.  
ANNO M. DC. XLVI.

57



Apientum veterum tām Pagano-  
rum quām Christianorum quod-  
dam commune scitum est, qui pa-  
triā hominū bonorū in futura  
vita esse, heic vero in ista eos peregrinari, extor-  
res exsulesque vivere testantur, & uno ore pro-  
nunciant. De qua repulcrē Claudianus Mamer-  
tus, libro primo de statu Animæ. Xenocrates in  
Axiocho; juxta communem illam celebrata mque  
sententiam, vita peregrinatio est, *E* ea decenter mo-  
desteque transacta, oportet alacriter, *E* tantum non  
pœana canentes ad fatalem locum secedere. Eleganter  
etiam Seneca, laudatissimus inter omnes vete-  
res scriptor, & virtutis studio pœne Christianus:  
*Hominis vita*, inquit, *nihil aliud quām ad mortem*  
*iter est*. Idemque tām oppletam ait miseriis hanc  
vitam esse, ut nemo sit accepturus oblatam, nisi  
in sciis daretur omnibus. Hinc vetustissimi Æ-  
gyptii domicilia viventium *diversoria* nomina-  
bant, quia ad tempus incertum & omnino sem-  
per exiguum homines hæc incolant. Sepulcrum  
vero absit, ut quasi frigidum & tenebricosum  
carcerem abominemur, vel cum aliis domum æ-  
ternam credamus, unde negant redire quen-  
quā. Saniores etiam ē gentilibus statuerunt, esse  
illud portum corporis, Ubi

*Ubi remissa vita hamona corpus requiescat à ma-*  
lis. Ideoque veteres quoque Inscriptiones quæ-  
dam REQUIETORIUM indigitant; plane ad  
sensum sacrorum Pandectarum, qui sepulcra  
conclavia & cubilia nostra vocant, ubi ab omni  
miseria & labore quiescamus. Ipse vero C H R I-  
S T U S quicquid vel damni, vel ignominiæ,  
vel horroris huic rei adhæsissè prius videri potu-  
it, id totum sustulit; dum sua sepulturā nostram  
expiavit, & sancta reddidit piorum omnium se-  
pulcra. Ethæc ipsa loca, ubi defunctorum cor-  
pora conduntur, recepto jam sed prorsus conve-  
nienti nomine Agrum D E I appellari obtinuit:  
quod sane ad eximendam de corruptione & pu-  
tredine formidinem plurimum facere debet.  
CHRISTUS ipse hîc delicias facit, disertè testa-  
tus: *nisi granum frumenti ceciderit in terram,* ♂  
*mortuum fuerit, ipsum solum manere: si vero mor-*  
*tuum fuerit, multum fructum afferre.* Ideo & ele-  
ctum vas ejus Apostolus adversus nonnullos  
scrupulosius hanc rem exigentes pâne cum in-  
dignatione in hæc verba erumpit: *Desipiens quod*  
*tu seris, non viviscit, nisi mortuum fuerit. Seritur fœ-*  
*dum; suscitatur cum gloria: seritur omnium virium*  
*expers, suscitatur potens. Seritur corpus animale; sus-*  
*citatitur corpus spirituale.* Videtur hoc quidem hu-  
manæ rationi adversum; sed D E O perinde est,

sive lucem etenebris elicere, quod in prima re-  
rum origine fecit; sive è mortuo semine novas  
fruges producere, quod fieri quotannis solet, si-  
ve è putrefacto corpore vividum hominem re-  
præsentare, quod decretorio illo die certò futu-  
rum credimus. In antiquo federe domum leprâ  
infectam diruere, & lapides ejus ac ligna, atque  
omnem pulverem extra civitatem projicere ju-  
bebantur Israelitæ: non secus & terrestris hujus  
domûs nostræ tabernaculū, quod turpi peccato-  
rum lepra scateret, dissolvi, in pulverem redigi ac  
communui necesse est, ut aliquando ædificium  
ex D E O habeamus. Itaque quod facere sole-  
mus, cum festus dies illucescit, aut nuptiis nos  
vel insigni convivio paramus, ut sepositâ veste  
domesticâ pretiosiores induamus, haud aliter  
hanc corruptæ carnis massam veteris nimirum  
hominis exsuvias, deponi par est: si cum Paulo  
superindui desideramus: ut in æterno illo sab-  
bato, in nuptiis Agni coram D E I facie vesti-  
mentis salutis, & toga justitiæ amicti, invenia-  
mur digni, qui cum Abrahamo, Isaco & Jacobo  
divinis epulis accumbamus. Eandem pitorum  
omnium sortem B O R C H A R D U M no-  
strum experiri, quid est cur lugeamus immoder-  
atius? quin potius de tam felici migratione gra-  
tule-

tulemur. O felicem ergo BORCHARDUM  
qui in sinu Abrahæ jam conquiescit, lætissimo-  
que DEI conspectu delectatur! Quanto ipse  
quām puro fruetur gaudio, dum se cernit soci-  
um angelorum, heredem cælorum, regnare cum  
summo Rege, nihil concupiscendo omnia possi-  
dere? Neque enim credo quenquam vestrum  
esse, qui in dubium vocare hoc velit: quando-  
quidem BORCHARDUS noster & bene natus  
est, & bene vixit, & piè in vera Conservatoris no-  
stri optimi maximi agnitione atque invocatione  
exspiravit. Natus is enim Rostochi, anno M. D.  
**LXXIX.** parentibus non clari quidem generis,  
nec fortunæ lautæ, famæ tamen & opinionis bo-  
næ. Patre JOANNE BORCHARDO bibliope-  
go & Cive quondam hujus urbis honestissimo:  
matre **ILSEBEN** Præcls/ feminâ ornatissimâ.  
Sed illis in fata præproperè concedentibus à co-  
gnato suo **BALTHASARE OTTEN** Cive  
& metaxario Rostochiensi in clientelam & fi-  
dem receptus fuit, cui operam suam per octen-  
niū non locavit tantum, sed etiam probavit:  
nihil quicquiam prætermittens eorum, quæ fi-  
dum & solerterm institoris ministrum in merci-  
bus tam comparandis, quam conservandis & di-  
strahendis facere æquum est. Cumque defuncto  
**BALTHASARE OTTEN** eadem negotiatio

ad privignum ejus JOACHIMUM LOHR-  
MANNUM transiret, huic etiam post exactos  
tirocinii, annos duodecim ministeria, summa  
cum fide ac liberaliter præstítit. Cum vicesimum  
nonum ætatis attigisset annum, & pertæsus vitæ  
cælibis, rerum ac fortunarum suarum sedem in  
hac urbe collocare decrevisset; animum ad rem  
uxoriam suadentibus cognatis adjecit, & anno  
cl̄o Ioc VIII. d. VII. Junii matrimonio sibi junxit  
ELISABETAM WEGENERIAM urbis hujus  
quondam medicamentarii filiam, cum qua pla-  
cidè & piè vixit, sed ex qua, peculiari suo fato &  
cum multis aliis communi, subolem nullam su-  
stulit. Prima hac conjugे sua desideratissima,  
anno cl̄o Ioc XLIII. ad plures digressâ, cum vi-  
dui tori molestias aliquamdiu devorasset, ad se-  
cunda transiit vota, & anno cl̄o Ioc XLIV, d. VI.  
Martii uxorem duxit CATHARINAM Dün-  
ckers quæ & ipsa maritum suū patrem facere non  
debuit Cum ingenium ejus & judicii dexteritas  
non clam esset Senatum populumque Rosto-  
chiensem, factum est, ut per omnes quasi hono-  
rum gradus decurrentes ab imo ad summum tere  
adscenderet. Postquam enim primum in cen-  
tum - pōst sedecim virorum collegiis aliquot an-  
nis ingenium suum exercuisset, orphanotro-  
phio & Ecclesiæ Marianæ redditibus præpositus  
fuis-

fuisset, tandem anno clo I<sup>o</sup> b<sup>c</sup> XL, d. XXIV. Februarii in ordinem Senatorum cooptatus est. Quo in officio eum se gessisse narratur, quem Duodecim requirunt, rareiter inveniunt. Agnoscite verba ipsa: IS ORDO VITIO VACATO, CETERIS SPECIMEN ESTO. Præter hoc munus, curam etiam valli & orphanorum laudabiliter gessit, ac tandem judicandi provincia ad ipsum devoluta est, quam pro virium portione, fideliter administravit. Arduum profecto judicis officium est, & ita arduum, ut nemo unquam intentus sit, qui ab omnibus gratiam iniire, laudem mereri potuerit. Quapropter & Æschynes olim ab Attica repub. se liberatum tanquam à rabiosa cane latabatur. Multa heic prætermitto, quæ in laudem Defuncti scribi poterant, propterea quod in vulgus pleraque notantur. Ad mortem itaque venio, & qui eam antecessit, motbum. Die XV. Augusti decrepitus ille senex in febrim incidit ardenter & malignam, quæ vires in dies singulos acquirens, vires ægri omnes prostratuni ivit & deminuit. Tres ab obitu hebdomades flúixerunt, cum sacrosancto corporis & sanguinis Dominici viatico animam suam instruxerat. Die XXI. hujusdem mensis circa decimam vespertinam, ne-  
quic-

quicquam renitente Medico, inter preces & suspiria spiritum suum sine metu, sine motu placidissime Deo, à quo acceperat, reddidit: atque ita ex terrestri patria, quam LXVIII. annos incoluerat, in cælestem emigravit. Quæ migratio ut & nobis, Cives Academicæ, aliquando, prout fatalis ordo tulerit, feliciter eveniat, nostræque mortalitatis memoriâ ad cogitationem & curam beatè hinc migrandi excitemur, agite ad exsequias piè defuncti cohonestandas, in æde Divæ Virginis Mariæ sacra, hodie hora prima, frequenter confluite, & quod ab aliis ipso, id in gratiam mœstissimæ viduae officium humanitatis lubentes præstate. Id quod officiosè seduloq; rogamus ac monemus. P. P. Rostochi à d. XXV, Augusti Anno clc lcc XL VI.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn74682727X/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74682727X/phys_0013)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn74682727X/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74682727X/phys_0015)

DFG



fuisset, tandem anno clo I<sup>e</sup>c XI  
bruarii in ordinem Senatorum  
Quo in officio eum se gessisse na  
Duodecim requirunt, rareiter  
gnoscite verba ipsa: IS ORDO V  
TO, CETERIS SPECIMEN EST  
munus, curam etiam valli & or  
dabiliter gessit, ac tandem judic  
ad ipsum devoluta est, quam pro  
ne, fideliter administravit. Ar  
judicis officium est, & ita arduu  
quam inventus sit, qui ab omnib  
re, laudem mereri potuerit. Qu  
schynes olim ab Attica repub. se  
quam à rabiosa cane latrabatur. I  
termitto, quæ in laudem Defun  
rant, propterea quod in vulgus  
sunt. Ad mortem itaque venio  
tecessit, morbum. Die XV. Au  
ille senex in febrim incidit ard  
gnam, quæ vires in dies singulos  
ægri omnes prostratum ivit & d  
ab obitu hebdomades flū  
sacrosancto corporis & sanguini  
tico animam suam instruxerat.  
dem mensis circa decimam ve

